

Schyldow et Martinus scultetus et fratres eiusdem Walterus et Gotschalcus, et quidam Engelbertus et Johannes de Schyldowe et quam plures alii fide digni. Actum anno domini M°. CC°. LXX°.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen. An gelb- und weissseidenen Schnüren hängt das Siegel des Bischofs Witego, an rothen das des Convents zu Sitzenrode.

No. 213. 1271. 25. Jan.

*B. Otto von Minden überzeugt sich in Meissen anwesend von der Kostspieligkeit des begonnenen Neubaus der Domkirche, fordert zu milden Beiträgen auf und verleiht denen, welche bussfertig solche leisten, vierzig Tage Ablass.*

Omnibus Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis frater Otto permissione divina Mindensis episcopus salutem in omnium salutari. Quoniam ut ait — wie No. 123 — de benedictionibus et metet vitam aeternam. Cum igitur praesentialiter in Misna constituti, fabricam ipsam matricis ecclesiae opere novo tam sumptuoso viderimus inchoatam, quod ad consummationem eius propriae sibi non suppetant facultates, universitatem vestram rogamus et hortamur in domino, ac in remissionem vobis iniungimus peccatorum, quatinus ipsi fabricae pias elemosynas et grata karitatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram opus huiusmodi consummari valeat, et vos per haec et alia bona quae domino inspirante feceritis ad aeternae possitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis dei misericordia et auctoritate nobis commissa confisi, accedente gratificatione et consensu venerabilis patris ac domini Witegonis episcopi diocesis Misnensis omnibus vere poenitentibus et confessis, qui manum ei ad hoc porrexerint adiutricem, quadraginta dies de iniuncta sibi poenitentia et karrenam unam misericorditer relaxamus, volentes hanc nostrae concessionis indulgentiam usque ad consummationem operis in vigore debito permanere, ipsas vero litteras postmodum prorsus carere viribus decernentes. Datum Misna pontificatus nostri anno IV. VIII. Kal. Febr.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Siegel des Bischofs an Fäden von weissem Zwirn.

No. 214. 1272. 5. Jan.

*Markgraf Heinrich beurkundet, dass das Capitel von der als Legat seiner verstorb. Gemahlin Agnes hinterlassenen Geldsumme Zinsen zu Gezzen zur Begehung ihres Jahrgedächtnisses und des Festes des h. Franciscus gekauft, ebenda aber aus eigenen Mitteln noch weitere Zinsen erworben, die sämmtlich frei von jeglicher Abgabe und fremder Gerichtsbarkeit sein sollen.*

Heinricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio universis Christi fidelibus praesentem paginam inspecturis salutem in praesenti, et in futuro gloriam sempiternam. Officii nostri debitum exigit, ut donationes rationabiles a nobis factae, maxime quae ad honorem matris ecclesiae nostrae fiunt, taliter contra modernorum versutias muniamus, ut firmae sint et ab eis revocari ac impediri non valeant ullo modo. Proinde tenore praesentium declaramus, cum bonae memoriae dilecta et inclita coniux nostra Agnes quan-